

Band II., Nr. 473, Seite 279-280

*Kraft von Boxberg schenkt dem Hospital des heiligen Johannes in Jerusalem
Güter und Einkünfte an genannten Orten.*

Würzburg, 1192. Juni 6.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Crafto d[e Bocsbergh]^a respectu divine miseracionis diligenter recolligens, et non sine magno cordis dolore retractans in animo, quam inaniter expenderim cursum vite preterite a primis adolescentie mee temporibus usque in hodiernum, tum propter mundi favorem et fallacem gratiam domnorum, sed precipue domni mei pie memorie Friderici imperatoris, ac deinde filii eius gloriosissimi et semper augusti Heinrici presentis imperatoris, tum etiam in illecebris carnalium voluptatum et infrunita¹ prodigalitate rerum, que in proficuis usibus multo salubrius poterant collocari; mox inopinate mihi statuens ante mentis obtutum, Paulum apostolum subito prostratum, statimque vas electionis effectum, spe meliora concipiens, residuum vite mee in dei servitio expendere proponens, statim crucem in signum peregrinationis assumens, ob amorem crucifixi Ierosolimam ire propono. Hinc itaque de superstite substantia rerum, quas adhuc paulo ante in nugacibus commertiis, scilicet in nuptialibus pompis expendere proponebam, extimplo decrevi potius aliquid in opera misericordie convertendum. Fratres igitur advocans hospitalis Ierosolimitani sancti Iohannis, in presentia domni mei imperatoris Heinrici, ipso annuente de proprietate possessionis a meis predecessoribus mihi derelicta, consensu et voluntate nepotis mei Craftonis iuvenis, dedi pro anima mea meorumque predecessorum deo et beato Iohanni ad servitium hospitalis Ierosolimitani in Althusen novem uncias annuatim solvendas, et duo iugera vinearum; in Cuningheshouen² duo iugera vinearum et dimidium; in Ippehouen decem solidos, et de vineis ad duas carratas vini; in Swegren curiam cum terra ad unum aratrum, et viginti iugera vinearum cum silva ad easdem vineas pertinente, et participationem alterius silve, que villem toti est communis; et ibidem do molendinum, quod solvit dimidium talentum, et mansum unum, qui solvit dimidium talentum. Ibidem etiam do alium mansum dimidium, qui solvit

^aDie Stelle zwischen den eckigen Klammern ist abgerissen, doch der untere Zug des *g* von dem Wort *Bocsbergh* noch sichtbar.

¹Altlateinisch von dem alten *fruniscor*, *fruiscor*, *fruor* abgeleitet, altfrz. *enfruns*: abgeschmackt, maßlos, unsinnig, toll.

²Königshofen, Lauda-Königshofen, TBB, oder eventuell das näher an Iphofen gelegene Königshofen, Bechhofen, AN.

II

denarios XL. Do quoque ibidem et alios sex mansos minores, qui vocantur leen, de quibus solvuntur tres agni et tria maldra siliginis et de quolibet XL denarii^b. Preter hec omnia do duos mansos, pertinentes ad capellam in Bocsbergh, et alios duos, de quibus eadem capella debet lumen habere. Hec omnia dedi deo et beato Iohanni et hospitali Ierosolimitano, amplius in perpetuum a fratribus eiusdem hospitalis iure hereditario possidenda. Et ut hec omnia rata et in[con]cussa prefato hospitali permaneant, scripto mancipare et sigilli mei impressione corrob[or]are et confirmare dignum duxi.

 Factum est hoc in Wirceburgh, anno incarnationis dominice MCXCII., VIII. idus Iunii, in presentia Henrici imperatoris, per cuius preceptum prefatam donationem ad opus hospitalis sancti Iohannis de manu mea recepit comes Boppo de Werthem. Testes qui affuerunt: episcopi Henricus Wirceburgensis, Otto Bafbergensis^c, Otto Frisingiensis^d, Henricus Wormatiensis. Lupoldus, dux Austrie; comes Berchtoldus de Henembergh; Fridericus, comes de Abembergh; Hartmannus, comes de Kirchbergh; Burchardus, comes de Hoenbergh; Gotfridus, comes de Weigen; Sighlogus, prothonotarius imperatoris; Crafto iuvenis; Robertus de Dorren; Siboto de Cimbren³; Arnoldus de Horenbergh; Berengherus de Gamburch, et alii multi, clerici et laici.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel fehlt. Als Dorsualvermerk von neuerer Hand *Crafto de Wertheim*, doch gewiss unrichtig, da der Name *Crafto* in der Familie der Grafen von Wertheim nicht vorkommt, vgl. JOSEPH VON ASCHBACH: Geschichte der Grafen von Wertheim von den ältesten Zeiten bis zu ihrem Erlöschen im Mannesstamme im Jahre 1556, 2 Bde., Frankfurt am Main 1843. [ND Neustadt an der Aisch 1994], Bd. 1, S. 65–70. Wohl aber erscheint der Namen bei den Grafen von Bocksberg oder Boxberg, nach der gegenwärtig beliebten Schreibweise des Namens (vgl. badisches B.A.St).

^bDie Worte *et de quolibet XL denarii* sind über der Zeile beige geschrieben.

^cDie Urkunde liest das Wort so.

^dDie Urkunde liest das Wort so.

³Zimmern, Grünsfeld, TBB, nicht Zimmern, Seckach, MOS.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Würzburg

Signatur/Titel des Originals:

Würzburger Urkunde 4831

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im HStA München.

Regesten:

THEODOR TOECHE: Kaiser Heinrich VI., Leipzig 1867 (Jahrbücher der deutschen Geschichte, 16). [Zuvor lat.: De Henrico VI. Romanorum imperatore, Normannorum regnum sibi vindicante, Berlin 1860], Nr. 656. Stumpf-Brentano: Reichskanzler, Bd. 2, Nr. 4747. OTTO DOBENECKER (HRSG.): Regesta diplomatica necnon epistolaria historiae Thuringiae, 6 Bde., und zwei Namensverzeichnisse, Jena 1895-1939, Bd. 2, S. 899. JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 4: Lothar III. und ältere Staufer, 1125-1197, Bd. 1,1: Die Regesten des Kaiserreichs unter Lothar III. 1125 (1075) - 1137, neubearb. Von Wolfgang Petke, Köln, Weimar und Wien 1994; Bd. 1,2: Die Regesten des Ka., Bd. 3,1, S. 92, Nr. 221a.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Würzburg

Ortsindex:

Abenberg, RH
 Althausen Wohnplatz (3640)
 Althausen, Bad Mergentheim, TBB
 Bamberg, BA
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Freising, FS
 Gamburg Wohnplatz (3896)
 Gamburg, Werbach, TBB
 Henneberg, SM
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Hornberg Wohnplatz (6130)
 Hornberg, Neckarzimmern, MOS
 Iphofen, KT
 Jerusalem, Israel
 Königshofen Wohnplatz (3999)
 Königshofen, Bechhofen, AN
 Königshofen, Lauda-Königshofen, TBB

IV

Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
 Oberkirchberg, Illerkirchberg,
UL
 Schwaigern Wohnplatz (2195)
 Schwaigern, HN
 Vai-
hingen an der Enz Wohnplatz (1130)
 Vaihingen an der Enz, LB

Walldürn Wohnplatz (6198)
 Walldürn, MOS
 Wertheim Wohn-
platz (3960)
 Wertheim, TBB
 Worms, WO
 Würzburg,
WÜ
 Zimmern Wohnplatz (3774)
 Zimmern Wohnplatz (6176)

Zimmern, Grünsfeld, TBB
 Zimmern, Seckach, MOS
 Öster-
reich